

1 **garrulus, a, um. adi.** FORMA garulus PROB App 182. garrulus non garulus. ETYM garrire; *sed* ISID Orig 1.29.4. a garrulitate garrulus. ¹GARR-. DLAT Garrula, garrulare, garrule, garrulitas, ²Garrulus. DROM cast. gárrulo, garrulo 'rústico o zafío', *qui sensus coniunctus fuit cum eo quo Christiani auctores quasi 'indocto' usi sunt.* [FREQ humilis 105 ^{indicia} 6,3 ^{d.c.m.} 201 PLAUT] uocabulum scriptis litterariis omne genus, praesertim pro rata parte satiricis lyricisque, aptum; et prosa et uersu, omnibus usibus; et technicis interdum apparet sine sensu proprio; inde ab initiis apparet.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{d.c.m. subc.}
	argumentans	29	4
	dramatica	6	13
	exponens	13	4,4
	lyrica	16	56
	narratiua	26	4,8
	satirica	15	78
DIACHRONICA	III-II aec.	2	5
	I aec.	19	6,8
	I-II ec.	34	8,8
	III-V ec.	50	5,3
DIAPHASICA	docta	28	13
	media	67	4,8
	quotidiana	10	17
DIASTRATICA	litteraria	99	7,2
	technica	6	2,2
MODUS	prosa	55	3,8
	uersu	20	10

¶ **a** homo, auis, res *qui iugiter loquitur, nam laetitia loquendi incitamentum est* • *parlanchín, hablador o charlatán, pues la alegría hace hablar* [REL ¹loquax] 201 PLAUT Curc 477. confidentes garrulique et maleuoli supra lacum ambulans. 30-15 PROP 3.23.18. quaecumque uolens reperit non stulta puella garrula, cum blandis dicitur hora dolis. 80-85 MART Epigr 9.68.11. uis, garrule, quantum accipis ut clames, accipere ut taceas? 403 HIER Epist 107.4. Nutrix ipsa non sit temulenta, non lasciua, non garrula.  GLOSS 2.32.17. garrulus φλύαρος, βαττολάλος, ἀμαλόγος. 2.218.56. ἀδολέσχης. 4.81.21. uerbosus, loquax. 4.346.7. uerbosus, nugator. 4.595.42. uerbosus, nugator, ingeniosus, argutus, laetus, blandus uel niniosus (naeniosus). 4.595.43. proprie dicitur qui uulgo uerbosus appellatur, accedenti laetitia non ualens tacere; sumptum a graculis auibus qui inportuna loquacitate semper strepunt nec usquam quiescunt. (cf. ISID Orig 10.114). 5.502.18. cantor dulcis melos promens. 4.240.48. garrula uerbosa. 5.534.43. garrulae ineptae, loquaci.

b1 cum loquax coniunctum est • *fue puesta en relación con loquax* 34-30 HOR Sat 1.9.33. garrulus hunc quando consumet cumque: loquaces, si sapiat, uitet. 392 AMBR In psalm 118 serm 4.18. in tabernaculo loquacis et garruli.  Ps CHAR 432. loquax. uerbosus. garrulus.

uerbosus, 9-12 OV Trist 3.12.18. cedunt uerbosi garrula bella fori.  ALC 16. garrulus uerbosus loquax.

seu linguosus, 404 HIER Epist 108.19. Quam linguosam, garrulam ac procacem, rixisque perspexerat delectari.

elinguis et mutus 32 VAL MAX 5.3(ext).3. nonne ingeniosum et garrulum populum mutum atque elinguem hac postulatione reddidissent? 80-85 MART Epigr 14.75.2. Luscinia quae muta puella fuit, garrula fertur auis. 220 MIN FEL 8. natio in publicum muta, in angulis garrula.

et contra taciturnus positum 400 EUSTATH Basil 8.3. Sunt enim quaedam aues loquaces et garrulae, aliae taciturnae.

b2 (¹d2) ad disciplinas uel animi opera debucinantia ut inanitatem occultent; inde sensus in peius admissus, quo Christiani auctores abuterentur • *se aplicó frecuentemente a las ciencias o actividades intelectuales vacías, cuyo bombo exterior disimula su falta de profundidad, lo cual inicia un envilecimiento de su contenido semántico, que culminaría con el uso que le dieron los autores cristianos* 86-82 RHET Her 3.6. quam prudentiam appellarit, ineptam et garrulam et odiosam scientiam esse dicemus. INSCR CARM Epigr Gymnasium 1982.502.1. Qui bene non didicit garrulus esse solet.  ISID Orig 10.b.30. Bucco, garrulus, quod ceteros oris loquacitate, non sensu exsuperet.

b3 ad aues omne genus pertinuit, quae continuo cantabant • *fue apropiado para las aves en general, siempre piando* [DOM auis, uolucris] 63-65 SEN Oed 454. garrula per ramos auis obstrepit. 404 HIER Epist 100.6. Neque phasides aues ... perquirere et garrulas uolucres. 412-427 AUG Ciu 22.24. in diuersitate ac multitudine uolucrum garrularum. INSCR 101-130 HD 4633 *Nida in Germania Sup.* aduersarii sint uani et muti quomodi(!) ista garrula auis. 131-200 HD 8659 *Romae.* sicut aues et --- garrula cantus [---]ue suas dat uoce querellas.  NON 316. GARRULAE dicuntur aues canorae et hilares.

inter quas cornix erat • *entre ellas, la corneja* 25 OV Am 3.5.22. cornix ... in uiridi garrula sedit humo. 2-8 OV Met 2.547. garrula motis consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix. 350-385 AUSON Idyll 22.3. Hos nouies superat uiuendo garrula cornix.

hirundo • *la golondrina* 37-29 VERG Georg 4.307. ante garrula quam tignis nidum suspendat hirundo. 1-99 PS VERG Eleg In Maecen 1.102. *hirundo* uerberat egelidos garrula uere lacus. 210-213 TERT Anim 32. hirundines ex garrulis fient. 386 AVIEN Arat 1701. garrula hirundo.

perdix • *la perdiz* 2-8 OV Met 8.237. Hunc ... garrula limoso prospexit ab elice perdix. 201 SER 357. ouum inlinito, tulerit quod garrula perdix.

luscinia • *ruiseñor* 79 PLIN Nat 10.81. Lusciniis diebus ac noctibus continuus xv garrulus sine intermisso cantus.

seu noctua • *o la lechuza* 79 PLIN Nat 18.362. noctua in imbre garrula.

b4 ad animalia terrestria minus pertinuit; inter quas rana erat • *más raramente, entre los animales terrestres, fue aplicado a la rana* • *more rarely, among land animals, it was applied to the frog* 39 PS VERG Dirae 74. coculet arguti grylli caua garrula rana. 201 SER 669. rana ... rauco garrula questu.

inter bestias, ad cicadam pertinuit • *y, entre los insectos, a la cigarra* 30-50 PHAEDR 3.16.10. Noctua ... hac est adgressa garrulam cicadam fallacia.

b5 apud homines, puerilitas garrula maxime comprehendebatur • *entre las personas, fue la infancia una edad habladora* 370-420 HIER Epist 4.128.1. paruula quae in sinu matris garrula uoce balbutit. 405 PRUD Apoth 1.593. uagire sibi nam pusio nondum norat et ora deo reserabat garrula Christo.

b6 ad linguam seu os pertinuit, ea praesertim quae sine usu loquitur, uerbosa tantum • *fue aplicado a la lengua o la boca, especialmente aquella que es capaz de hablar pero incapaz de actuar, y por tanto es solo palabrera* 25 OV Am 2.2.44. quaerit aquas in aquis et poma fugacia captat Tantalus—hoc illi garrula lingua dedit. 405 PRUD Perist 10.1104. silere nescit oris garruli uox inquieta.

et ad uocem • *también a la voz* [DOM uox] 125 APUL Flor 9. praeconis uox garrula ministerium est. 390 HIER In Is 31.4-5. doloremque pectoris garrula uoce congeminant.

b7 PATR inde, cum de feminarum lusibus inter uiros tractabatur, illae continuo et sine usu loquerentur; praesertim socrus • *luego, y dentro de un modelo cognitivo idealizado acerca de los entretamientos de las mujeres, que hablarían como cotorras sin mayor utilidad, había lenguas especialmente habladoras, como la de la suegra* 32 VAL MAX 7.2(ext).1. garrula socrus lingua.

anus • *la anciana* 394 HIER Epist 53.7. garrula anus.

nutrix • *o la nodriza* 405 PRUD Apoth 297. garrula nutrix.

At senectus et feminarum et uirorum garrula erat • *Es verdad, sin embargo, que la vejez se caracterizaba como habladora, también entre los hombres* 375 SYMM Epist 48.1. Quid faciam senex garrulus cui mensura sermonis a iuvene praescribitur?

(¹garrulitas **b**) et puerorum sine fine loquacitas pergrata uidebatur • *y que el hablar interminable de los niños resultaba agradable* 30-15 PROP 3.23.18. puella garrula. INSCR CARM Epigr 756.5. Dulcis eram patri et garrula matri.  SEN Hel 18.5. *puerorum* illa neminem satiatura garrulitas.

b8 inter inanimata, ad musica instrumenta pertinuit, fistulam praesertim • *entre los objetos o los seres inanimados, se aplicó a los que emitían sonidos musicales, especialmente la flauta* 50-19 TIB 2.5.30. pendeat ... uagi pastoris in arbore uotum, garrula siluestri fistula sacra deo. 20 MANIL 5.330. garrula ... modulos diuersa tibia forma.

lyram seu testudinem • *la lira o la cítara* 20 LYGD 4.38. pendeat laeua garrula parte lyra.  ANTH 493.16. Stabunt hi garrula dicti testudine uersus.

seu sistrum • *o el sistro* 80-85 MART Epigr 14.54.2. quatiat tenera garrula sistra manu.

b9 ad elementa naturalia pertinuit, qualia fluuii, qui iugiter sonant • *fueron calificados así elementos de la naturaleza, como los ríos, que emiten un sonido continuado, y que son habladores o murmuradores* 5 OV Fast 2.316. garrulus in primo limine riuus erat. 50-60 CALP 4.2. Quid tacitus ... quam garrulus adstreptum umor, insueta statione sedes?

et arbores, qui uento sonant • *y los árboles, que suenan por efecto del viento* 283 NEMES Ecl 1.30. nobis ne uento garrula pinus obstrepat, has ulmos potius fagosque petamus.

c1 uerba uacua et falsa a garrulo dicta in pessimum comprehensa sunt, quare dolis coniunctum fuit et ad deceptorem seu maleuolum pertinuit • *el uso de la palabra vacía y tramposa envileció más, si cabe, su contenido semántico, pues se tiznó de trampa y fue aplicado al embaucador o tramposo* [SIM ¹praestigiator] 201 PLAUT Curc 477. confidentes garrulique et maleuoli. 80-85 MART Epigr 11.49.8. Amphora nunc petitur nigri cariosa Falerni, expiet ut somnos garrula saga tuos. 368-386 AUSON Epist 16. Hi igitur interim, ut Plautus ait a, erunt antelogium fabularum, garruli et deceptores.

immo, garrulo rodendo et murmurando tempus terente, quasi otiosus uel piger comprehensus est et contra sedulus positus • *y, puesto que el charlatán pierde su tiempo cotilleando, fue sentido cercano a otiosus o piger y opuesto a sedulus* 34-30 HOR Sat 1.4.12. garrulus atque piger scribendi ferre laborem. 25 OV Am 2.6.26. garrulus et placidae pacis amator eras. 30-50 PHAEDR 3.19.7. quidam e turba garrulus. 41 SEN Ira 24.3. Ignouerunt multi hostibus: ego non ignosciam pigris neglegentibus garrulis? 375 SYMM Epist 76.1. Erit super hoc iudicatio tua, garrulusne iustius dicar an sedulus. 390 AMM 28.4.15. Horum domus otiosi quidam garruli frequentant.

quare certa uocabula in peius mutauit, immo alia contaminauit quae ad sermonem attinebant, loquacitas, mussitatio uel uerbositas • *por ello, aumentó el carácter negativo de ciertas palabras, o se lo dio a otras, como aquellas que significaban 'charla', esto es, loquacitas, mussitatio o uerbositas* 334-337 FIRM Math 31.37. Thersites fuit enim imbellis, debilis, ridiculus et garrula uerbositate semper impatiens. 378-380 AMBR Myst 1.55. ne diuulgetur quibus non conuenit, ne garrula loquacitate dispergatur in perfidos. 390 HIER In Is 9.369.370. liuorem et mussitationem garrulam contemnentes, Dei poscamus auxilium. 400 AUG C Faust 15.13. garrula curiositate.

etiam inania uocis, quae ad deceptorem attinebant • *o incluso acentuó los usos inútiles de la propia voz, palabras vacías propias del charlatán* 405 PRUD Perist 10.747. cum docti adluderes et garrulorum signa uerborum dares.

c2 aucupi coniunctum fuit • *fue relacionado con la persona que habla mal de otros, chismoso o cotilla* [REL ¹auceps^b] 160 TER Ad 624. me reprehendi ... nequid de fratre garrulae illi dicerem ac fieret palam. 20 HOR Epist 1.18.69. Percontatorem fugito; nam garrulus idem est, nec retinent patulae commissa fideliter aures; et semel emissus uolat inreuocabile uerbum. 32 VAL MAX 7.2(ext).1. garrula socrus lingua. 220 MIN FEL 8. natio in publicum muta, in angulis garrula.

c3 at interdum in melius comprehensum est, praesertim titulis • *no siempre, sin embargo, presentó tal carácter negativo, especialmente en las inscripciones* 353-431 PAUL NOL Epist 40.10.4. euolantes de laqueo uenatorum garrula gratulatione cantemus. 405 PRUD Apoth 1.593. INSCR CARM Epigr 98.8. Venusta amoena intellegens et garrula. 1405.7. Garrula cum uenerit nobis in mente loquella. 756.5. Dulcis eram patri et garrula matri.  ANTH 90.2. quod sale Pierio garrula lingua sonat.

d1 CHRIS ingenium loquax sed inane quod daemonicolae praebebant, sine animi acie sapientiae insultantes Christianorum, qui humanum sapere contra fidem suam extare • *carácter hablador, pero vacío, atribuido a los paganos, que hablaban sin saber y despreciando la sabiduría de los cristianos, que opinaban que el discurrir humano estaba opuesto a la fe en su dios; por ello, se puso en relación con ineptus, philosophus o ratiocinator* 339-419 AUG Tri 1.2.4.1. garrulis ratiocinatoribus. 391 AUG Util cred 1.2. in schola doctorum hominum disputationibus superbus et garrulus. 394 HIER Epist 52.8. Nolo te declamantem esse et uerbum garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum, et sacramentorum Dei tui eruditissimum. 397-401 AUG Conf 4.4.15.26. dicebam illis garrulus et ineptus, 'cur ergo errat anima quam fecit deus?' 408-409 AUG Epist 101.2. philosophorum garrulae argutiae, qui uel Deum prorsus non cognouerunt. 401 HIER Epist 96.12. innumerabiles adeo et garrulos, et uerbositatis atque imperitiae plenos ... libros.

d2 (¹ETYM) adeo ut quasi indoctus usitaretur • *hasta el punto de que acabó muy cercano a 'ignorante' o 'zafío'* [ESC+ ¹doctus SIM ¹indoctus] 400 AUG C Faust 23.6. De Fausti inscientia Scripturarum. Hunc sane miserum delire garrulum debemus intueri atque obseruare. 400-430 AUG Epist 2.7.12.1. *mathematici* garruli sibi uidentur, cum dicunt nobis: Cur et uos ad solis et lunae computationem Pascha celebratis?

 NON 316. GARRULUS est rursum cordatus. VARRO Periplu lib. I (416): 'in hac ciuitate tum regnabat Dionysius, homo garrulus et acer'.